



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 96. Viterbiensis Episcopus Lotharingæ suum Tridento discessum  
dissuadere conatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI. Pontifex, hic tamen nullatenus hanc  
A. C. 1563. rem concedere voluit (\*).

## §. XCVI.

*Viterbiensis Episcopus Lotharingio  
 suum Tridento discessum dis-  
 suadere conatus.*

Pallav. l. 20. Vix Episcopus Viterbiensis de Lotha-  
6.9. n. 3. ringii Cardinalis discedendi propo-  
 sito certior erat factus, cum illico eum  
 ab hoc itinere abducere intentus ex-  
 poneret, quod ex animi ægritudine, que  
 in illo comperta esset erga Pontificem  
 & Legatos, sibi quilibet inducturus esset  
 in animum, hujusmodi discessum exin-  
 de fuisse profectum, ut adeo in ipso pa-  
 telie-

(\*) Nec mirum, haud enim sibi persua-  
 dere potuisset Papa, quod ejusmodi dispensa-  
 tio sincero animo peteretur a Gallis, qui sem-  
 per alta voce inclamabant, urgebantque disci-  
 plinæ reformationem, ut ergo legi ce-  
 libatus ab universa Ecclesia per tot sæcula re-  
 ceptæ vulnus infligatur, Gallos postulasse nun-  
 quam credidisset Pontifex, præcipue eo tem-  
 pore, quo veluti novæ hæresis classico Secta-  
 tores cuncti Catholicos a veteri Ecclesiæ di-  
 sciplina, ac fide & præcipue Sacerdotes oblata  
 nubendi libertate avocare studebant, ac æquali  
 furore reformationis obtentu Ecclesiam defra-  
 gurabant.

tesieret animus parum Synodo propi- Sæcul. XVI.  
A. C. 1563.  
tius, cum aliunde timendum esset, ne  
Concilium ex sua, suorumque profectio-  
ne illic in sterili, atque ignobili otio lan-  
guesceret: contra vero si Tridenti per-  
sisteret, ita ibi negotia disponi possent,  
ut ad recentium Legatorum adventum  
liceret postremam illis manum admo-  
vere, Synodumque absolvere.

Verum nulla ratione a concepta sen-  
tentia dimoveri poterat Lotharingius,  
qui die vigesima tertia Martii Tridento  
discessit, comitantibus eum præter po-  
tissimos Franciæ Theologos Embrodu-  
nensi Archiepiscopo, atque Episcopis  
Aurelianensi, Ebroicensi, Suessionensi,  
Melodunensi, & Catalaunensi. His sti-  
patus Patavium venit, ubi Ferrariæ Du-  
cem sibi sanguine junctum invisit, in-  
de vero Venetias contendit, ibidem Pa-  
schatis festa celebraturus.

§. XCVII.

*Discessus Vicecomitis Lotharingium  
Cardinalem conventuri.*

Eadem die, qua Lotharingius discesse- Pallav. l. c.  
Litt. Visc.  
tom. 1. litt. 18  
p. 19?  
rat, ad Gualterium, & Vicecomi-  
tem pervenerunt Cardinalis Borromæi  
literæ, quibus ambo rogabantur, ut Lo-  
tharingium eo inducerent, quatenus Pa-  
pam rogaret, ut Bononiam contende-  
ret, ibidemque Cæsare coronato Syno-  
dum,